Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35466
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Beatus aut̄ Eberhardus ut dicit̄ peciit a dn̄o / ut
eū ꝑ longā agoniam ⁊ difficilē transitū plenius
purgaret. O xp̄i pietas oī ꝓsequenda laude.
Nam utrūq; ꝓ desiderio suo exaudiuit / istū in
mortē quasi in somp̄nū resoluit. illū aut̄ ꝓli
xa morte morientē. a peccati fece mundauit.
Quod si aliquis humani rōne iudicii dixerit.
non est equa uia dn̄i / quod cū isti tā pari deuo
tione dm̄ dilexerint / ⁊ ambo iusti essent ante
dn̄m. incedentes in iustificationibus ⁊ mandatis
dn̄i sine querela. eos tam̄ tā dissimilit̄ ex hac lu
ce subtraxit / ut alterū longo cruciatu examina
ret / alterū uero quieto ⁊ subito transitu a uin
culis carnis laxaret. moueri debet uocationē
aplōꝝ scōꝝ Andree ⁊ Iohis. Nec enī minus di
ligebat Andreā quē etiā prius ad apostolatū uo
cauerat / ⁊ quē in passione sua cruci alligatū
biduo pendentē ꝯseruabat / ut potius longo cru
ciatu affligeretur. quā in penis deficeret /
quā Iohem qui uiuus sepulchrū est ingressus /
⁊ ita in mortē sicut in soporē est resolutus.
Non est aut̄ sine diuina ꝓuidentia fc̄m / ut
utrq; circa solsticiū ⁊ x. Kal. moreret̄ / alter
uidelicet beatus Eberhardus. circa solsticiū
estiuale. x. kl. Julii / alt̄ uero hoc est beatus
Hartmannus circa solsticiū hiemale. x. kl.
Januarii / s; ꝑ hoc datur intelligi. qd̄ propter

Beatus Eberhardus eadem anno obiit die sci
Athanasii 1164 ut patet in cronica et legenda
quo ille noster beatus Hartmannus